NAPOLI

FLORENTINA

PRÆTENSÆ LÆSIONIS.

IN hac celebri cauſa in controverſiā adducitur, quomodo ſit æſtimanda læſio in perſona emptoris, ut admittatur ad reſcindendam emptionem. Vetus queſtio, & maximorum omnis ævi Scriptorum diſputationibus celebrata. Ac ſi rationum momenta perpendantur, nihil eſt in jure noſtro magis apertum, atque perſpicuum: nihil verò tam obſcurum, & involutum, ſi juris interpretum valere debet autoritas. Etenim Gloſ. & Bartol. in explicatione l. 2. C. de reſcind. vend. exiſtimarunt eum, qui emit ſexdecim, quod valet decem, gaudere beneficio legis, & contractū poſſe reſcindere. Veteres fere omnes eorum autoritate ſeducti non examinato rationum pondere in eamdem ſententiam conceſſerunt, pro illorum temporū ſimplicitate, gloſſam, & Bartolum incuriosè ſequentes more avium aut pecudum, & non quó eundum, ſed quó iretur attendentes, ut optimè animadvertit, atque ipſis exprobrat *Zaſ. conſ.* 4. *n.* 16. *lib.* 1. *Arguel. deciſ.* 14. *n.* 2. & *in recent. deciſ.* 370. *n.* 15. *et ſeq. part.* 16. *Dec. conſ.* 494. *n.* 15. *Guttier. conſ.* 12. *n.* 41. *Karpzov. reſponſ.* 70. *n.* 9. *lib.* 6. *Menoch. de præſ. lib.* 2. *præſ.* 71. *n.* 40 & *ſeq. Sperell. deciſ.* 124. *n.* 22. *Burgoſ. de Paz ad lib. Taur. in proœm. n.* 250.

Contra recentiores iis diſciplinis inſtructi, ſine quibus hæc controverſia dirimi non poteſt, acerrimo judicio, doctrinaque ſingulari rem accuratiùs examinantes veterum argumenta frivola ac ridicula, & nullius roboris eſſe deprehenderunt. *Cyriac. controv.* 423. *n.* 21. & 22. *Molina. in tract. de uſur. quæſt.*

89431

14. *n.* 178. *& ſeq.* & *n.* 181. *Roderic. de aim. redit. queſt.* 11. *n.* 26. *& ſeq.* & ineptam vocarunt gloſſæ opinionem, ac veteribus incogitantiam, erroris pertinaciam, & pluſquam Cimmeriam cæcitatem exprobrarunt. ut *Molinæ d. queſt.* 14. *n.* 179. *&* 181. *Caballin. milleloq.* 308. *Anton. Faber de error. decad.* 8. *error.* 7. *n.* 7. *Urceol conſult. for. cap.* 3. *n.* 35. *Rot. deciſ.* 532. *n.* 3. *part.* 5. *recent.* Proinde confutata veterum opinione certiſſimis demonſtrationibus perſpicué comprobarunt emptorem ad reſcindendam emptionem admitti non poſſe, niſi emerit plus quam viginti, quod decem conſtat: hoc eſt niſi dederit duplum ejus, quod accepit, & aliquid amplius; ad ſimilitudinem venditoris, qui pariter non poteſt reſcindere, niſi dederit amplius, quam duplum ejus, quod accepit; videlicet decem pro quatuor.

Quamobrem licet elapſis ſæculis opinio gloſſæ communis eſſet, tamen hodie obtinuit contraria ſententia, quæ & communis eſt, & procul dubio veriſſima. Poſtquam enim Carolus Molinæus, qui diù fuerat in communi errore verſatus, re maturius, ac diligentius conſiderata, &, ut ipſe ait, ad examen analyticum revocata, ſuperioris ævi tenebras diſcuſſit, & veterum opinionem falſam, injuſtam, iniquam firmiſſimis argumentis demonſtravit, omnes viri docti eam reprobarunt: ut teſtatur *Donell. in l.* 2. *n.* 17. *C. de reſcind. vendit.* itaque hanc ſententiam, gloſſæ opinione confutata, tuentur omnes prope interpretes longè doctiſſimi, & in legibus interpretandis accuratiſſimi.

Carol. Molinæ. in tractat. de uſur. queſt. 14. *a n.* 175. *ad* 181. ubi profitetur ſe hanc quæſtionem adeò copioſè, ac perſpicuè explanaturum, ut de veritate hujus ſententiæ nemo in poſterum ſit dubitaturus.

Jacobus Cujac. obſervat. lib. 16. *cap.* 18. *poſt med.*

Antonius Faber. de erroRib. pragmatic. decad. 8. *error.* 7. *n.* 7. ubi ait contrariam ſententiam eſſe gravem, & intolerabilem errorem.

Hugo Donell. in l. 2. *C. de reſcind. vend.* ubi ait gloſſæ ſententiam eſſe falſam, & hominum parum attendentium quid conſtituatur in lege ſecunda.

Franciſcus Duaren. in l. ſi quis cum alter 36. *in fin. ff. de Verb. oblig.* ubi late probat hanc ſententiam.

Gipban. in Comment. Codic. in d. l. 2. *C. de reſcind. vend. ad verſic. minus autem pretium*, ubi teſtatur omnes fere recentiores repudiata gloſſa in hanc ſententiam conceſſiſſe.

Arumæus ad dictam l. 2. *diſputat.* 2. *themat.* 8. *per tot.* ubi tam perſpicuam eſſe veritatẽ hujus ſententiæ affirmat, ut hinc appareat, quàm ſit hominum natura ad diſſentiendum propenſa, qui de re clariſſima diſceptant: ac ſubdit deinceps, veterum opinionem jamdiù a doctis viris exploſam fuiſſe, & firmiſſimis argumentis infractam.

Zoeſius in Codic. ad dictam l. 2. *q.*

2. *per*

2. *per tot.* ubi ait hanc ſententiam, & menti legis, & æquitati conſentaneam eſſe.

Franciſc. Connan. Comment. jur. civil. lib. 7. *cap* 9. *n.* 10.

Perez. in Codic. in d. l. 2. *n.* 8. *C. de reſcind. vend.*

Joan. Harprecht. in comment. inſtit. tom. 3. *ad tit. de empt. & vendit.* §. *ult. n.* 76.

Hyeron. Treutler. de adilit. edict. diſputat. 2. *liter. E vol.* 2.

Bachou. in Not. ad Treutler. d. diſput. 2. *theſ.* 9. *lit. E.*

Robert. animadverſ. lib. 2. *cap.* 13. *in fin.*

Andr. Gerard. exercitat. 7. *quæſt.* 29. *in fin.*

Obrect. diſput. 25. *theſ.* 105. *& ſeqq. uſque ad theſ.* 125.

Franciſc. Hotoman. in Juriſconſulto ſeu de optimo gener. jur. interpret. poſt med. verſic. aliud exemplum ex lege ſecunda. tom. 1. *part.* 2. *pag. mihi* 110. ubi reprobata veterũ opinione monet facile poſſe quemvis non ſatis attentum in eorum errorem incidere.

Oldendorp. de Action. claſſe 4. *action.* 1. §. 8. *verſic. quæ nam. igitur erit æſtimaſtio:* ubi quod aliter emptor non poteſt æquari venditori.

Gregor. Tholoſon. Syntagm. jur. part. 3. *de Action. lib.* 25. *cap.* 24. *n.* 13. *in fin.*

Enric. Hahn. in obſervat. ad Weſſembec. *in tit. de reſcind. vend. n.* 6. §. 2.

Morla in Empor. jur, tit. 9. *quæſt.* 18. *n.* 2. ubi probat hanc ſententiam in puncto juris veriorem eſſe, imò veriſſimam. Et licet poſtmodum ſubiiciat contrariam ſententiam in praxi ſervandam eſſe, tamen loquitur ſecundum leges Hiſpaniæ, quas ibi citat.

Fransk. obſervat. l. 3. *obſerv.* 14. *per tot.* ubi reſpondet contrariis argumentis.

Carol de Mean. obſervat. part. 2. *obſerv.* 272. *n.* 5.

Merenda controv. lib. 1. *cap.* 56. *n.* 5. ubi ait ita omnino ſentiendum eſſe.

Gothofred. in not. ad d. l. 2. *C. de reſcind. vend. liter. U.*

Gaſpar. Ziegler. in tract. de læſione ultra dimid. §. 11. *&* 12. *per tot.*

Mynſinger. obſervat. centur. 4. *obſervat.* 73. *n.* 2. ubi ait hanc eſſe meram veritatem: quem ſequitur *Gothofred. ubi ſupra.*

Bonden. colluct. legal. 31. *n.* 27. *lib.* 1. qui confirmat hanc ſententiam omnino amplectendam eſſe non attenta gloſſæ, ac veterum opinione.

Chriſtinę. deciſ. 66. *n.* 8. *vol.* 3. qui profitetur hanc opinionem ſibi veriſſimam videri.

Frideric. Brummer. in exercitat. de locat. & cond. cap. 5. §. 10.

Franc. Balduin. in annot. ad inſt. in tit. de empt. & vend. ad verſic. conſiſtere debet.

Johan. Brunneman. in Pandect. ad l. cum emptor 4. *n.* 3. *ff. de reſcind. vend.*

Arnold. Vinn. ſelectar. jur. quæſt. lib. 1. *cap. ult. in princ.*

Everard. Bronchorſt. miſcellan. contr. aſſert. 70. *verſic. poſterior ſententia.*

Leotard. de uſur. quæſt. 40. *n.* 57. qui licet agat de creditore recipiente pignus, tamen in eo faciendam hujus modi computationem affirmat quia conſiderandus eſt tamquam emptor pignoris, &

tis, & jus emptoris, ei tribuendum, ut conſtat ex nn. antecedentibus, & ex n. ſequenti 63.

Schiffordeger. ad Fabr. lib. 3. *tract.* 13. *q.* 6. *in fine*, ubi ait quod Pragmatici qui in eodem veterùm errore perſiſtunt, nihil poſſunt afferre, quod ſpeciem dumtaxat veritatis habeat, ut videre eſt apud Guttîeretz, & Munotz.

Lelius. Mancin. in cap. cum dilecti diſſert, 6. cap. 15. *n.* 2. ubi ait peritiſſimum quemque a communi veterum traditione defeciſſe, & n. 3. & 4. ubi ait in emptione incundam eſſe hanc rationem ut læſus dicatur ultra dimidium ſi rei, quam emerit, æſtimatione facta, ad dimidium ſoluti pretii valor non aſcendat: & ita in permutatione læſus dicetur qui rem dederit valentem viginti aliamque acceperit non valentem decem.

Anton. Ma bæus diſputat. 16. *de reſcind. vendit. n* 5.

Tulden. in Cod. ad tit. de reſcin. vend. in l. 2. *ejus tit.*

Uffelius in not. ad Covarruv n. 8. *verſic. alii diverſam.*

Ventrigl. in Praxi annot. 51, *n.* 23. *tom.* 1.

Fontanell. deciſ. 68. *n.* 10. *&* 12. ubi ait hanc ſibi veriorem videri.

Cardinal. De Luc. de empt. & vend. diſcur. 16. *n.* 5.

Veſpignan. de emption. conſ. 12. *n.* 3.

D. Caſareg. in tract. de Commerc. diſcur. 79. *n.* 9.

Conſtantin. ad Statut. Urb. annot. 46. *art.* 1. *n.* 7. *tom.* 2.

Urceol. conſult. for. cap. 3. *n.* 35. ubi ait gloſſæ opinionem ineptam eſſe, eamque tamquam falſam, & levibus fundamentis innixam a gravioribus autoritate, & pluribus numero Doctoribus refutari: idque confirmat *in addit. ad dictum cap.* 3. Et præter ceteros doctiſſime quæſtionem examinant omnino videndi.

Forcatul. Necyomant dial. 100. *n.* 2.

Roderic. de ann. redit. lib 1. *quæſt.* 11. *a n.* 15. *uſque ad* 29. qui omnia fere mutuatus eſt à *Carol. Moline. de quæſt.* 74. *a n.* 175. *ad* 181. Ambo autem accurate legendi, cum omnia fere, quæ ad hanc quæſtionem pertinent, copioſe congeſſerint, licet fortaſſe paulo obſcurius explicarint.

Arias Pinell. ad l. 2. *C. de reſcin. vend. part.* 1. *cap.* 2. *n.* 6. *et plurib. ſeqq.* quē probat & ſequitur.

Cancer. variar. reſolut. part. 1. *cap.* 13. *n.* 33.

Andr. Fachine. controv. jur. lib. 2. *cap.* 16. *verſic. longe probabilior.*

Cyriac. controv. 423. *a n.* 9. *uſq. ad fin.* ubi doctiſſime rem exàminat.

Eandem ſententiam rerum judicatārum autoritate confirmarūt omnia fere totius Europæ ſuprema Tribunalia: excepta tamen Hiſpania, cujus leges, etſi varient, atque diſſideant modo hanc, modo illam ſententiam probantes, tamen obtinuerunt, leges admittentes ad reſciſſionē contractus emptorem læſum ultra tertiam partem, ut teſtantur *Morla, Gomez, Hermoſilla, Covarruvias, Rodericus, et alii præſertim interpretes legum hiſpanicarum*. Hac igitur excepta, frequentius in ſupremis tribunalibus recepta fuit ſententia contra gloſſam, ut

De Se-

De Senatu Aquenſi teſtatur *Franciſc. Stephan. in deciſion. Provinciæ Aquenſ. deciſ.* 61. *n.* 6.

De Camera Imperiali *Mynſinger. obſervat.* 73. *n.* 2. *cent.* 4. ubi teſtatur pluries in ea ita judicatum fuiſſe.

De Senatu Brabantiæ teſtatur *Chriſtin. deciſ.* 66. *n.* 8.

De Senatu Lipſiæ *Karpzou. defin. for. part.* 2. *conſtit.* 34. *definit.* 8. *& Ziegler. in tract. de læſione ultra dimid.* §. 12. ubi affert verba deciſionis.

De Rota Romana *Card. De Luc. de empt. & vend. diſcur.* 16. *n.* 15. *& Veſpign. de emption. conſ.* 12. *n.* 5. Et extant *in part.* 5. *recentior. deciſ.* 532. *n.* 3. *& ſeqq. & deciſ.* 580 *a n.* 3. *ad* 6. *repetitæ penes Dunozet. jun. deciſ.* 325. *et* 400. in quibus habetur quod hæc opinio ultra numerum Doctorum fulcitur meliori ratione, adeoque eam omnes viri docti tenuerunt. Eandem opinionem noviſſime ſequuta eſt eadem *Rot. poſt Conſtant. ad Statut. Urb. deciſ* 163. *n.* 2 *& deciſ.* 164. *n.* 1. *& in Bononien. obligationis, ſeu operis æneı* 19. *Februar.* 1720. §. *quod enim cor. Corio confirmata* 18. *Martii* 1721. *cor. Foſcaro*.

Nec eſt quod opponatur multa tribunalia gloſsæ opinionem approbaſſe. Quod enim de univerſo Galliarum Regno affirmatur, id falſiſſimum eſt. Nam de Provincia Aquenſi contrarium teſtatur *Franc. Stephan. d. deciſ.* 61. Ac temere exadverſo citantur hujus rei teſtes *Rebuff. in conſtit. Reg tom.* 2. *tit. de reſciſſ. contract. gloſ.* 15. *n.* 1. *& Molinæ. ad Conſuetud. Pariſienſ.* § 22. *tit.* 1. Nam Rebuffus, & Molinæus de tribunalibus Regni ne verbum quidem. Imò hic in §. 33. *n.* 46. *gloſſæ* opinionem impugnat, & confirmat ea, quæ ſcripſit in tractatu *de uſur. q.* 14 de quibus ſupra.

Deciſiones autem aliorum tribunalium, quæ afferuntur, non magni faciendæ ſunt: tum quia non extant, adeoque earum fundamenta examinari non poſſunt: tum quia ab illis ipſis graviſſimis Scriptoribus, a quibus referuntur, non omnino probantur. Ac primum deciſio Senatus Cataloniæ cujus mentionem facit Fontanella *deciſ.* 68. non eſt attendenda: non ſolum quia ab eodem Fontanella non approbatur, qui ait contrariam ſententiam veriorem eſſe - ibi - *n.* 10. *&* 12. licet aperte non audeat impugnare Senatus autoritatem: ſed etiam quia manifeſte eſt injuſta, cum damnaverit emptorem ad reſtituendam rem, & non dederit facultatem venditori reſtituendi partem pretii ſuperexcedentem: quod eſt contra diſpoſitionem *l.* 2. *C. de reſcind. vend. & in c. cum cauſa de empt. & vendit.* ut in punto decrevit SummoPontifex in *c. cum dilecti* §. *quia vero de empt. & vend.* ubi hujuſmodi ſententiam injuſtam eſſe decernit, & eſt contra æqualitatem ſervandam inter emptorem, & venditorem, ut indicat ipſemet *Fontan. ibi n.* 15. *et ſeqq.* licet hoc non audeat exprobrare Senatui.

Deciſio Senatus Pedemontani cujus obiter mentionem facit *Theſaur.*

ſanr. Jun. in addit. ad deciſ. 165. *verſic. quomodo autem* ab ipſo Theſauro non approbatur, & adhæret ſententiæ Cujacii *obſervat. lib.* 16. *cap.* 18.

Deciſio denique Sacri Conſilii Neapolitani relata a *Franch. deciſ.* 243. præterquamquod ab eodem Francho nec approbatur, nec improbatur, nititur, peculiari ratione, quia venditor nullum damnum patiebatur recipiendo rem venditam, cum illa tunc temporis majoris eſſet valoris, quã ab eo vendita fuiſſet: quæ ratio ſingularis æquitatis ibi cõſideratur a *Francho n.* 2. *verſic. & venditor*, & probabiliter induxit Sacrum Conſilium ad præferendam gloſſæ opinionẽ omiſſo diligentiori examine veritatis in abſtracto, quam nec ipſe Franchus ibi exquirere curat.

Si igitur hæ deciſiones parum, aut nihil autoritatis habuerunt apud eos qui illas retulerunt & accurate legerunt, ac perpenderunt; quid cauſæ eſt cur nos, qui eas non vidimus, tantopere ipſis deferre debeamus, ut eas præferamus tot aliis deciſionibus quæ & numero prævalent, & autoritatis pondere, & Tribunalium dignitate longè præcellunt.

His recte perpenſis apparet a recentioribus exploſam fuiſſe gloſſę ſententiam, & hodie contrariam opinionem eſſe communem quam tuentur viri doctiſſimi, qui & Juris ſcientia, & legum interpretandarum ſolertia antecellunt, & numero longe prævalent: ut teſtatur *Rota deciſ.* 580. *n.* 6. *part.* 5. *recent. Donell.* *ad l.* 2. *n.* 17. *C. de reſcind. vend. Gipban. in comment. in Cod. ad d. l.* 2. *ad verſic. minus autem pretium Urceol. conſult. for. cap.* 3. *n.* 35. *Arumæus ad d. l.* 2. *diſput.* 2. *themat.* 8. Licet enim non pauci etiam ex recentioribus gloſſæ opinionem amplectantur: tamen ſi ex hoc numero exemeris Hiſpaniæ ſubditos, qui partim loquuntur ad mentem legum hiſpanicarum, partim patriæ amore ſeducti veritatem attentiùs inveſtigare neglexerunt, pauciſſimi reperientur gloſſæ ſectatores. Adeo ut multi etiam ex Hiſpanis, omnes ſcilicet qui amorem veritatis amori patriæ prætulerunt, contempta patriarum legum diſpoſitione, opinionem gloſſæ confutarint: ut *Pinelus*, *Roderitus*, *Morla*, & alii modo citati.

Non ſolum autem communis habenda eſt hæc opinio, quia qui eam defendunt & numero & doctrina præcellunt: ſed tum maxime quia ad unum fere omnes libratis hinc inde rationibus ex profeſſo, ac diligenter quæſtionem examinant, & certiſſimis demonſtrationibus ſententiam ſuam confirmant, & validiſſimis argumentis contrariam funditus evertunt: cum gloſſæ ſectatores more avium ejus opinionem ſequantur, eamque indubitatam, ac manifeſtam ſupponant, non diſcuſſis, neque confutatis adverſariorum argumentis. *Conciol. allegat.* 44. *n.* 15. *&* 16. *Urſell. comm. opin.* 42. *n.* 351. *Rot. deciſ.* 61. *n.* 10. *& ſeqq. part.* 5. *recent.* Ad conſtituendam enim communem ſen-

ten-

tentiam parum, aut nihil autoritatis habere debent, qui non re, ſed opinione ducti eam perfunctoriè approbarunt perdifficili ac perobſcura quæſtione ne primoribus quidem labris delibata. *Pariſ. conſ.* 91. *n.* 49. *lib.* 3. *Altograd. conſ.* 22. *n.* 37. *&* *conſ.* 57. *n.* 61. *lib.* 1. *Manſ. conſ.* 118. *n.* 65. *Mantic. de conieƈt. lib.* 11. *tit.* 3. *n.* 4. *Venturin. conſ.* 90. *n.* 2. *Card. De Luc. de penſion. diſcur.* 81. *n.* 19. *Torre de majorat. Ital. part.* 2. *quæſt.* 39. *n.* 177. *Surd. deciſ.* 238. *n.* 9. *&* *deciſ.* 322. *n.* 82. *Rot. Rom. deciſ.* 258. *n.* 5. *part.* 16. *recent.* Quia communem non facit multitudo Doctorum qui articulum non examinant, neque rationum momenta diligenter expendunt: ſed qui ex profeſſo quæſtionem pertractant utriuſque partis argumentis accurate perpenſis, etiã ſi ſint numero pauciores. *Fagnan. in cap. ne innitaris de conſtit. n.* 134. *Menoch. de præſumpt. lib.* 2. *præſ.* 71. *n.* 39. *&* 40. *Conciol. allegat.* 44. *n.* 16. *Maſcard. de probat. concluſ.* 1138. *n.* 11. *Surd. conſ.* 407. *n.* 8. *Torre de majorat. part.* 2. *q.* 26. *n.* 1.

Verum etſi gloſſæ opinio hodie quoque eſſet communis, quod utique falſiſſimum eſt, tamen ea poſthabita amplectenda eſſet cõtraria ſententia, quæ meliori ratione nititur, & veritati magis eſt conſentanea. Neque enim quid plurimi dicant, ſed quid verius ſit attendi debet. Ita præcipit Deus, qui nec fallere, nec falli poteſt in *Exod. cap.* 23. *verſ.* 2. *nec in judicio plurimorum acquieſces ſententiæ, ut a vero devies*, & legislator noſter Juſtinianus in *l.* 1. *§. ſed neque C. de veteri jure enucl.* ibi - *Sed neque ex multitudine autorum quod melius, & æquius eſt judicatote, cum poſſit forſitan unjus, & deterioris ſententia, & multos, & majores aliqua in parte ſuperare*. *Coſta de Facti ſcient. inſpeƈt.* 30. *n.* 21. *Menoch. de Præſumpt. lib.* 2. *præſ.* 71. *n.* 24. *Karpzou lib.* 6. *reſponſ.* 70. *n.* 8. *&* 9. *Rot. cor. Duran. deciſ.* 76. *n.* 14. *& in recent. deciſ.* 62. *n.* 13. *part.* 5. *& deciſ.* 17. *n.* 4. *part.* 7. *& deciſ.* 370. *n.* 17. *part.* 15. Communis enim opinio rationi, ac veritati cedere debet *Guttier. conſ.* 12. *n.* 42. *et* 43. *Conciol. alleg.* 44. *n.* 16. *&* *alleg.* 45. *n.* 23. *Zaſ. conſ.* 4. *n.* 16. *Velaſc. de Judic. perfeƈt. rubr.* 15. *annot.* 1. *n.* 51. *Sabell. in diſcur. de Judice perfeƈt. n.* 109. *Maſcard. de probat. concluſ.* 1138. *n.* 6. *Sperell. deciſ.* 123. *n.* 64. *&* 68. *& deciſ.* 124. *n.* 23. *& ſeqq. Rot. part.* 1. *diverſ. deciſ.* 501. *in princ. & deciſ.* 17. *n.* 4. *part.* 7. *recent. & deciſ.* 214. *n.* 10. *part.* 16. & in terminis noſtræ quæſtionis *Molinç. de uſur. q.* 14. *n.* 177. *verſ. cum igitur. Roderic. de anu. redit. q.* 11. *n.* 23. *libr.* 1. Neque enim dicta Doctorum faciunt autoritatem, ſed rationes. *Conciol. d. allegat.* 44. *n* 16. *Menoch. conſ.* 90. *n.* 35. *Gob. conſ.* 80. *n.* 70. *Card. De Luc. in conflict. jur. & ration. obſervat.* 24. *per tot. Rot. Lucan. inter recoll. a Palm. Nepot. deciſ.* 126. *n.* 8. *Rot. Rom. deciſ.* 364. *n.* 12. *part.* 5. *recent. & deciſ.* 163. *n.* 7. *part.* 7.

Quod autem opinio contra gloſſam

ſam rationi, veritati, & legum diſpoſitioni magis conſona ſit imò quod opinio gloſſæ ſit inepta, erronea, falſa, teſtantur *Urceol. conſult.* 3. *n.* 35. *Rot. deciſ.* 580. *n.* 6. *part.* 5. *recent. Anton. Faber. de error. pragmat. decad.* 8. *error.* 7. *n.* 7. *Hugo Donell. in l.* 2. *C. de reſcind. vendit. & ibi Arumæ. diſput.* 2. *themat.* 8. *& ibid. Zoeſ. quaſi* 2. *per tot. Morla in Empor. jur. tit.* 9. *quæſ.* 18. *n.* 2. *Mynſinger. cent.* 4. *obſervat.* 73. *n.* 2. *Chriſtin. deciſ.* 66. *n.* 8. *vol.* 3. & alii ſupra allegati. Atque hoc ipſum multifariam demonſtratur evidentiſſime.

Primum obſervando quod beneficium reſciſſionis nuſquam in jure noſtro conceditur emptori, ſed ſolummodo venditori læſo; de quo ſolo loquuntur, tum, Imperatores *in l.* 2. *& in l. ſi voluntate* 8. *C. de reſcind. vendit.* tum Summi Pontifices *in c. cum dilecti* 3. *& in c. cum cauſa* 6. *de empt. & vendit.* Emptori igitur hoc beneficium non ab ipſa lege conceſſum eſt, ſed ex interpretatione Doctorum, qui propter quandam æquiparationem inter emptorem & venditorem, inter quos omnimoda ſervari debet æqualitas *l.* 1. *C. de cupreſſis lib.* 11. *l. cum emptoris* 5. *in princ. ff. de reſcind. vendit.* beneficium a lege conceſſum venditori extenderunt ad emptorem ut pareſſet utriuſque conditio, ut recte notat, quamplurimis aliis omiſſis, *Rota deciſ.* 532. *n.* 12. *part.* 5. *recent. Fontanell. deciſ.* 68. *n.* 13. *&* 14. Unicum ergo fundamentum extendendi hujus beneficii, atque illud emptori communicandi eſt, ut ſervetur æqualitas inter emptorem & venditorem, & par ſit utriuſque conditio. *Fontanell. d. deciſ.* 68. *n.* 13. *&* 14. *Cyn. in l.* 2. *n.* 7. *C. de reſcind. vend. & ibi Arumæus diſput.* 2. *themat.* 8. *Duaren. ad l. ſi quis cum aliter prope fin. verſ. proinde ff. de V O. Forcatul. Necyomant. dialog.* 100. *n.* 2. *in fine.* Atque admiſſa gloſſæ computatione non ſervatur æqualitas inter emptorem, & venditorem, & emptor qui habet beneficium ex interpretatione Doctorum; & per extenſionem, eſt multò melioris conditionis, quàm venditor, qui habet illud idem privilegium a lege, quo nihil dici poteſt abſurdius. *Cyn. in d. l.* 2. *n.* 7. *Arumæus d. diſput.* 2. *themat.* 8. *Forcatul. d. dial.* 100. *n.* 2. *optime Pinell. in l.* 2. *part.* 1. *cap.* 2. *n.* 8. *in fin.* Etenim admiſſa gloſſæ cōputationem venditor læditur ultra dimidiam, emptor verò ſolùm ultra tertiam: quoniam qui vendit quatuor rem valentem decem amittit ſex, videlicet plus quam dimidium rei ſuæ: qui vero emit ſexdecim rem valentem decem amittit eadem ſex, nempe paulo plus quam tertiam partem rei ſuæ: ut rectè animadvertunt doctiſſimus *Cujac. obſervat. lib.* 16. *cap.* 18. *Molinę. de uſur. q.* 14. *n.* 177. *verſ. unde ſi rem, & n.* 178. *Forcatul. d dialog.* 100, *n.* 2. *in fin Fransk. obſervat. lib.* 3. *reſolut.* 3. *n.* 14. eumque referens *Ziegler. de læſione ultra dimid.* §. 12. *Urceol. conſult. for. cap.* 3. *n.* 35. *Roderic.*

de ann.

de ann. redit. q. 11. *n.* 23. *in fin. lib.* 1. *Rota deciſ.* 532. *n.* 4. *&* 5. *part.* 5. *recent.* Quis autem eſt adeo ſtultus, ut non intelligat magis lædi, maioremque jacturam facere eum, qui dimidiam partem amittit, quam qui tertiam? Itaque nemo non videt quod ad ſervandam æqualitatem neceſſe eſt hoc beneficium ita emptori cõmunicari utipſe quoque plus quam dimidiam partem amittat: videlicet emat plus quã viginti quod valet decem: tunc enim amittit plus quam dimidiũ ejus, quod dedit, quemadmodum venditor qui dat rem valentem decem pro quatuor.

Atque hoc licet per ſe perſpicuum ſit, tamen comprobatur adhuc evidentius: quoniam alia eſt æqualitas abſoluta, ſeu quantitatis; alia reſpectiva, & comparata, ſeu propoſitionis, ut optimè obſervat *Felic. de ſociet. cap.* 15. *n.* 40. *& ſeqq.* Lex autem modo hanc, modo illam æqualitatem attendi præſcribit. Quotieſcumque lex definit aliquam certam quantitatem, in qua læſus agere poſſit, utique inter omnes, quacumque de re agatur, ſervanda ſemper eſt æqualitas abſoluta, ſeuquantitatis. Quemadmodum obſervatur in actione de dolo, in qua cum lex præſcripſerit certam quantitatem duorum aureorum, *l. ſi oleum.* 10. *in fin. cum duab. ſeqq. ff. de dolo malo*, numquam datur actio de dolo niſi quis læſus fuerit ultra duos aureos. *l. non debet* 12. *ff. eod.* & contra ſemper omnibus datur, qui ultra quantitatem duorum aureorum læſi fuerunt; nulla habita ratione an res, circa quam læſi fuerunt, magna ſit, an parva; & quantacumque fuerit ejus æſtimatio ſemper æqualis quantitas læſionis attenditur.

Quoties verò lex determinat partem aliquotam, hoc eſt ratam partẽ totius, veluti dimidiam, tertiam, quartam; tunc non poteſt attendi æqualitas abſoluta quantitatis, ſed neceſſariò ſervari debet æqualitas reſpectiva, & comparata, ſeu propoſitionis. Cum enim pars illa neceſſario referatur, & comparetur ad totum, cujus eſt pars; utique creſcere debet, aut decreſcere pro ut augetur, aut minuitur totum ipſum: non verò poteſt ſemper in eadem quantitate conſiſtere. Itaque nemo dubitat quin Legitima, Trebellianica, Falcidia augeantur, ac minuantur eadem propoſitione, qua augetur, ac minuitur hereditas, unde detrahuntur. Si lex diſpoſuiſſet ut penes heredem remanere deberet certa quantitas, veluti certum; omnes heredes ſervata æqualitate abſoluta certum detrahere deberent tam ex magna, quam ex parva hereditate. Sed cum lex præſcripſerit partem aliquotã nempe quartam, omnino ſervanda eſt æqualitas reſpectiva: & ideo ex hereditate quadringentorum heres legatis oneratus detrahit centũ; ex hereditate vero octingentorum non detrahit eadem centum, ſed ducenta, ex hereditate quatuor millium detrahit mille; eademque æqualitas detractionis obſervatur in Trebellianica, & Legitima, quæ conſiſtit in quota bo-

ta bonorum vel hereditati. *Altogr, Jen. conſ. 91. n. 77 & ſeqq. lib. 1. & conſ. 42. n. 44. lib. 2. Merlin. de legitim. lib 2. tit. 1. quæſt. 2. per tot. Michalor. de Fratrib. part. 1. cap. 33. n. 1. & ſeqq. Mantic. de conject. lib. 7. tit. 11. n. 1. & per tot. Marta de ſucceſſ. leg. part. 4. q. 28. artic. 1. & 2.*

Haud aliter ſtatuendum eſt in caſu noſtro, in quo ſi leges præſcripſiſſent certam quantitatem; veluti decem aureorum, omnes qui in decem aureis læſi fuiſſent, reſcindere poſſent contractum nulla habita ratione rei venditæ, ejuſque æſtimationis. Sed cùm leges præſcripſerint dimidium, quod neceſſariò refertur ad totum, & augetur ac minuitur eadem proportione, quâ ipſum totum, cujus eſt dimidium, non poteſt ſervari æqualitas quantitatis inter læſos, ſed reſpectiva, ſeu proportionis habito reſpectu ad totum, in quo ſui læſus eſt. Quamobrem in dimidio quis lædi dicitur, quoties ex eo toto, quod ab ipſo profectum, eſt, dimidium quidem ad eum revertitur, alterum veró dimidium amittit. Quo fit ut æqualiter lædi dicantur; non qui eamdem quantitatem amiſerunt, veluti ſex, aut decem: ſed qui ex eo toto, quod dederunt dimidium quidem recuperárunt, dimidium vero perdiderunt: etiam ſi alter modicam, alter maximam quantitatem amiſerit. Et in hoc conſiſtere gravitatem damni, atque ita æſtimandam eſſe læſionem nemo ſanæ mentis negaverit. *Cynus in l. 2. n. 7. C. de reſcind. vend. Rofred. Ordinar. judicar. part 4. Rubr. de act. civil. quanto minor. n. 10. Molinæ. de uſur. d. quæſt. 14. n. 179. verſic. ſecundo reſpõdeo Rot. d. deciſ. 580. n. 5. part. 5.* Apparet id evidenter in pluribus venditoribus. Si unus vendat quatuor quod valet decem, læditur in ſex: ſi alter vendat decem, quod valet ſexdecim, læditur pariter in ſex: & tamen licet uterque in eadem qantitate lædatur; non tamen æqualiter læditur; & primus gaudet beneficio legis, non veró ſecundus; quia multo minus læditur, quam primus. Ut ſecundus æquè lædatur ac primus; propterea gaudeat eodem beneficio, neceſſe eſt ut vendat decem, quod valet plus quam viginti tunc enim perdit pluſquam dimidium, quemadmodum primus, & idcirco æque læditur, licet amittat plus quam decem, & primus tantummodo ſex. Si ſervari debet æqualitas inter emptorem & venditorem, utique eadem proportio quæ ſervatur inter duos venditores, ſervanda eſt etiam inter emptorem & venditorem; eademque ratione læſio eſt æſtimanda. Ergo ſi ille qui vendit decem quod valet pluſquam viginti æque læditur, atque ille, qui vendit quatuor quod valet decem: ita & emptor, qui emit pluſquam viginti quod valet decem, æque læditur ac venditor qui vendit quatuor quod valet decem. Et contra ſi ille qui vendit decem quod valet ſexdecim, minus læditur quam ille qui vendit quatuor quod valet decem, & non gaudet beneficio legis:

ita

ita qui emit ſexdecim quod valet decem, minus læditur, & non gaudebit beneficio legis, licet eadem lex amittat.

Eamdem rationē æſtimandæ, computandæque læſionis exigit natura ipſa emptionis, & venditionis. Etenim in hoc contractu ſemper aliquid hinc, & inde datur, & accipitur, & datum reſpondere, & æquivalere debet accepto, etſi non æquivaleat læſio contingit, quæ conſiſtit in illo defectu, quo acceptum minus eſt dato. Proinde in emptionem, & venditionem pecunia numerata non deducitur tamquā certa quantitas, ſeu ſumma de per ſe, ut in mutuum, depoſitum, & alios contractus: ſed tamquā pretium; quod neceſſario refertur ad rem venditā, & ad eam habet reſpectum; ſicut res vendita viciſſim reſpectum habet ad pretium, cum alterum ſine altero eſse non poſſit. Quocirca ſi pretium non æquivaleat rei venditæ, vel res vendita pretio; defectus ille ſemper æſtimari debet habito reſpectu ad id, quod datum eſt, cui æquivalere debebat acceptum ſecundum naturam ipſius emptionis, *Gyriac. contr.* 423. *n.* 18. *Roderic. de ann. redit. q.* 11. *n.* 26. *Morla in Empor. jur. tit.* 9. *q.* 18. *n.* 2. *verſic. neque obſtat latiſſimè, licet non admodum explicatè Molina. d. q.* 14. *n.* 179. Læditur igitur venditor cum pretium quod recipit minus eſt vero rei venditæ valore, quam dedit: & ex contrario emptor læditur, cum verus valor rei emptæ minor eſt pretio, quod ſolvit. Quemadmodum igitur venditor læditur ultra dimidium, & auxilio legis adiuvatur, quoties pretium, quod recipit, minus eſt quam dimidium valoris rei venditæ: ita emptor læditur ultra dimidium, & juvari debet auxilio legis cum verus valor rei emptæ, quam accepit, minus eſt quam dimidium pretii ſoluti. Læſio enim quoad venditorem conſiſtit in defectu pretii, quod recipit in compenſationem rei venditæ: quoad emptorem verò conſiſtit in defectu valoris rei emptæ, quam recipit in compenſationem pretii ſoluti. Sicut ergo defectus in pretio debet excedere dimidiū, ut venditor poſſit a contractu recedere: ita defectus in valore rei debet excedere dimidium, ut emptor accedere poſſit.

Idipſum perſpicue evincit natura ipſa læſionis, quæ conſiſtit in illa inæqualitate ac differentia, quæ intercedit inter datum, & acceptum. Quoties enim tantumdem datur, & accipitur, adeò ut datum æquale ſit accepto, nemo læditur *Roderic. de ann. redit. d. q.* 11. *n.* 20. *&* 22. Proinde unica menſura læſionis eſt defectus ille, quò acceptum eſt minus dato. Non poteſt igitur æſtimari quantitas læſionis, niſi facta comparatione inter acceptum, & datum, ac metiendo defectum, quò acceptum ſuperatur à dato. Propterea quicumque recipit dimidium ejus, quod dedit, læditur in dimidio: quia dimidium amittit: eademratione qui amittit tertiam partem læditur in tertia parte; at-

quia

que ita de cæteris. Quis autem tam ſtultus eſt, ut dubitare poſſit quin minus lædatur ille, qui læditur in tertia parte, quam qui in dimidio? Optimè *Cynus in l. 2. n. 7. C. de reſcind. vendit. Giphan. in eadem l. 2. ad verſic. minus autem pretium. Arumæus in eod. l. d. themat. 8. Zoeſ. in d. l. quæſt. 2. Robert. animadverſ. lib. 2. cap. 13. circa finem Morla in Empor. jur. tit. 9. quæſt. 18. n. 2. verſic. ſed diverſa. Hotoman. in Juriſconſulto poſt medium. verſic. aliud exemplum part. 2. mihi pag. 110. Duaren. ad l. ſi quis cum aliter 36. ff. de VO Donell. in d. l. 2. n. 17. C. de. reſcind. vendit. Bachov. ad Treutler. vol. 2. diſput. 2. theſ. 9. lit. E Cujac. obſervat. lib. 16 cap. 18. circa medium; Fachinæ. lib. 2. controu. cap. 16. in fin. Merend. controverſ. lib. 1. cap. 36. n. 5. optime Chriſtinæ. deciſ. 66. n. 8. verſic. deinde tom. 3. egregie Pinell. ad l. 2. part. 1. cap. 2. n. 8. & 9. Cyriac. controv. 423. n. 10. & ſeqq. Rode. d. quæſt. 11. n. 26. & clarius n. 28. in fine verſic. ſumma Molina q. 14. n. 182. & ad Conſuetud. Pariſ. §. 33. n. 46.* His conſequens eſt negari non poſſe quin æque lædatur emptor, qui emit viginti quod valet decem, ac venditor qui quod decem valet, vendit quinque: uterque enim dat duplum ejus, quod recipit: uterque recipit dimidium ejus, quod dat: uterque dimidiū amittit: hæc enim omnia in idem recidunt. Si igitur ille emerit aliquanto pluſquam viginti; hic vendiderit aliquanto minus quā quinque; dubitari non poterit quin uterque æquè dignus ſit eodem legis beneficio, cum æquè lædatur uterque ultra dimidium.

Atque ut hoc meridiana luce clarius apparet, confirmatur evidentiſſimis exemplis. Non poteſt magis exacta, magiſque perfecta æqualitas inter emptorem & venditorem excogitari, quam ſi uterque dederit eamdē quantitatem, & eamdem quantitatem receperit, eamdem quantitatem amiſerit. Emptor igitur emat decem quod valet quatuor: venditor quod valet decem vendat quatuor. Uterque dat decem: uterque recipit quatuor: uterque amittit ſex; utrique igitur eodem modo a lege ſuccurrendum eſt: æquale enim eſt datum: æqualis læſio. Rurſus emptor emat ſexdecim quod valet decem: venditor vendat decem quod valet ſexdecim. Uterque dat ſexdecim; uterque recipit decem: uterque ſex amittit. Ergo ſicut venditori a lege non ſuccurritur, ita nec emptori: & ſicut in venditore lex requirit ut valeat pluſquam viginti quod decem vendidit, ad hoc ut poſſit reſcindere contractum; ita requirere debet in emptore, ut emat pluſquam viginti quod decem valet. Hoc enim modo ad exactam æqualitatem rediguntur emptor & venditor tum quo ad datum; tum quo ad acceptum; tum quo ad læſionem. Atque hæc eſt certiſſima, nulliſque difficultationibus obnoxia, & legum diſpoſitioni maxime conſentanea ratio æquandi emptorem venditori recentiorum omnium autoritate comprobata.

probata. *Cujac. obſervat. lib. 16. cap. 18. circa medium. Mynſing. obſervat. centur. 4. obſer. 73. n. 3. Pinell. ad l. 2. p. 1. cap. 2. n. 8. in fin. Cyriac. d. controv. 423. n. 15. & 16. Forcatul. Necyomant. d. dial. 100. n. 2. Arumç. ad d. l. 2. diſput. 2. themat. 8. Duaren. ad l. ſi quis cum aliter 36. prope fin. ff. de Verb. oblig. Bachou. ad Treutler. volum. 2. diſput. 2. de ædilit. edict. theſ. 9. liter. E. Roderic. de ann. redit. lib. 1. q. 11. n. 25. Molinæ. de uſur. d. q. 14. n. 172. verſ. alioquin.*

Contra gloſſæ ac ſectatorum computatio quám longiſſime recedit ab æqualitate, quam inter emptorem venditoremque ſervandam eſſe omnes conſentiunt. Si emptor emat ſexdecim quod valet decem, poteſt juxta gloſſam reſcindere contractum: ſi venditor quod valet viginti vendat decem, non poteſt reſcindere. Dubitari non poteſt magis lædi venditorem, quam emptorem ſive coſideres æqualitatem abſolutam, ſive reſpectivam. Si abſolutam; quia venditor læditur in decem: emptor in ſex. Si reſpectivam, quia venditor læditur in dimidia: emptor autem paulo plus quàm in tertia parte. Quamvis autem venditor tanto magis lædatur, quàm emptor; tamen hic gaudet beneficio legis, ille non gaudet. Quænam igitur eſt iſta æqualitas inter emptorem, & venditorem? An non multò melioris conditionis eſt emptor, qui tanto minus læſus reſcindit; quàm venditor, qui tanto magis læſus non admittitur ad reſcindendũ? Sed ut hoc non apertius demonſtretur, ſumatur exemplum in æqualitate abſoluta. Emptor emat centũ quod valet ſexaginta ſex: juxta gloſſam ei a lege ſuccurritur. Venditor vendat quinquaginta quod valet centum: ei a lege non ſuccurritur. Uterque dat centum, emptor in pretio, venditor in merce. Emptor ex centum quæ de ſuo dedit, ſolummodo perdit triginta quatuor. Venditor ex iiſdem centum perdit quinquaginta. Multo magis igitur læditur venditor, quam emptor: ex eadem enim ſumma ille perdit quinquaginta, hic vero triginta quatuor: & tamen huic ſuccurritur auxilio legis, illi non ſuccurritur. Eſt ne par conditio emptoris, & venditoris?

Emptor		Venditor	
In pretio dat	100.	In merce dat	100.
In merce recipit	66.	Recipit	50.
Læditur in	34.	Læditur in	50.
Poteſt reſcindere.		Non poteſt reſcindere.	

Sunt hæc prorſus abſurda, adeoque mirandum non eſt, ſi recentiores hæc accurate perpendendentes ineptam veterum pervicaciam, ac pertinacem errorem, & plusquam Cymmeriam cæcitatem deplorarunt.

Accedit exemplum permutationis, quo planè dignoſcitur quàm perverſa ſit, & prorſus inexplicabilis gloſſæ ſententia. Doctores omnes conſentiunt hac in re permutationem, comparari emptioni ac venditioni, & ad eam beneficium legis eſſe producendum: ut refert *Pinell. in d. l. 2. part. 1. cap. 3. n. 13. & Guttier. practic.*

Digitized by Google

practic. quaeſt. lib. 2. *quaeſt.* 139. *n.* 1. *& communiter DD. in d. l.* 2. Si Titius Cajo dederit equum, qui ſexdecim valeat, & ab eo receperit tabulam, quæ valeat decem, non poterit reſcindere permutationem, quia neceſſe eſt ut equus valeat plus quàm viginti, ut cõmuniter exiſtimant DD. examinando quæſtionem ad terminos legis ſecundæ. *Molinæ. d. q.* 14. *n.* 180. *et* 181. *Pinell. d. cap.* 3. *n.* 15. *Morla in Empor. jur. tit.* 9. *q.* 19. *n.* 3. quicquid ſit ſi examinetur ad terminos legum Hiſpaniæ ut a *Guttier. pract. quaeſt.* 139. *lib.* 2. Ergo Titius neq. poterit reſcindere contractum, ſi pro equo velit dare ejus æſtimationem, hoc eſt ſexdecim: Quemadmodum enim non poteſt reſcindi permutatio, niſi equus valeat ſupra viginti: ita non poterit reſcindi niſi pro equo dentur ſupra viginti. Igitur emptor, qui dat pecuniam pro re non poteſt reſcindere contractum niſi pro tabula valente decem ſolverit pluſquam viginti. Quæ enim differentia eſt quoad damnum, & læſionem, utrum quis dederit viginti, an equum qui viginti conſtet? Hanc eſſe demonſtrationem non tantum clariſſimam, ſed palpabilem ait *Molinæ de uſur. d. quaeſt.* 14. *n.* 180. *& n.* 181. & miratur veteres in re tam clara errare potuiſſe. *Pinellus quoque d. cap.* 3. *n.* 15. hoc exemplum in explicabile eſſe ait in ſententia veterũ, quod planiſſimum eſt in ſententia recentiorum. *Cujac. obſerv. lib.* 16. *cap.* 18. *in fin. Mancin. in c. dilecti n.* 3. *&* 4.

Et ſane id utique veriſſimum eſt. Nam ſi Titius conſideretur tamquam venditor equi, quem alienat, & commutat cum tabula, non poterit reſcindere, quia non læditur ultra dimidium. Si verò conſideretur ut emptor tabulæ quam conſequitur, & ſibi comparat præſtito equo, poterit reſcindere contractum ſecundum gloſſæ, ac veterum opinionem. Nulla autem ratio eſt cur eum conſideremus potius tamquam emptorem, quàm tamquam venditorem, quia in permutatione diſcerni non poteſt uter ſit emptor ac venditor: & uterque vices gerit tam emptoris, quàm venditoris, *l.* 1. *§.* 1. *ff. de contr. empt. l.* 1. *in princ. ff. de rer. permut. l. ſciendum §. deinde ff. de ædilit. edic. §. item pretium inſtit. tit. de contrah. empt.* Ergo Titius ſimul poteſt, & non poteſt reſcindere contractum: quod, et abſurdum eſt, & impoſſibile. Contra in ſententia recentiorum res eſt expeditiſſima. Nam ſive Titius gerere velit vicem emptoris, ſive venditoris numquam poteſt reſcindere niſi equus, quẽ cum tabula commutavit, valeat plus quam viginti, quia nec emptor nec venditor gaudet beneficio legis, niſi id quod dedit, ſit plus quã duplum ejus, quod accepit: ſeu, quod idem eſt, acceptũ ſit minus quàm dimidium dati.

Hinc manifeſtè deducitur quod in ſententia recentiorum ſervatur perfecta æqualitas inter emptorem, & venditorem, & par eſt utriuſque conditio: nam ſive Titius conſideretur ut emptor, ſivè ut venditor, ſemper idem jus obti-

obtineat, eademque prorſus læſio requiritur ad reſcindendum contractū. Contra quod in ſententia gloſſæ non ſervatur æqualitas inter emptorem, & venditorem, & multò melioris conditionis eſt emptor, quam venditor; nam ſi equus conſideretur ut emptor, & locum emptoris obtineat, contractus reſcinditur, dūmodo equus valeat ſexdecim: ſi vero habeatur loco venditoris non reſcinditur, ne quidem ſi valeat viginti. Atque hanc inæqualitatem, cum ſit evidentiſſima, fateri coguntur etiā gloſſæ ſectatores. Itaque *Guttierez* licet *in quæſt.* 133. *lib.* 2. probet ſententiam gloſſæ ea ratione, quia ſervatur æqualitas inter emptorem, & venditorem, tamen *in quæſt.* 139. fatetur minorem læſionem requiri in emptore, quam in venditore. ibi: *Nam ſi æquiparatur venditori incipiet fieri computatio a valore rei, quam dedit læſus: ut puta ſi valebat centum nam tunc ut poſſit uti remedio harum legum requiritur, ut res quam læſus recepit, valeat minus quinquaginta; ſi verò læſus æquiparetur emptori minor deceptio efficiet læſionem ultra dimidium &c.* & per tot. Idem fatetur *Mazienz. in l.* 1. *tit.* 11. *lib.* 5. *Novæ Recop. gloſ.* 7. *n.* 3. En quo recidit illa tātoperè a veteribus exaggerata æqualitas, & æquiparatio emptoris ac venditoris?

Jactis hiſce ſolidiſſimis fundamentis quæ nulla vi convelli poſſunt, corruunt ipſa per ſe contrariæ ſententię argumenta. Primum enim ajunt: quod ſi venditor vendat quatuor quod valet decem læditur in ſex: ſi emptor emat ſexdecim, quod valet decē ſimiliter læditur in ſex. Cum igitur uterque lædatur in ſex, uterque læditur æqualiter. Quod ſi demus emptorem emere viginti uno, læditur in undecim hoc eſt in quantitate multo majori, quam venditor, qui in ſex tantummodo læſus fuit.

Hoc argumentum quod fuit olim Baldi & Alberici ridiculum, & ſophiſticum appellant *Molinæ de uſur. quæſt.* 14. *n.* 178. & *Roderic. de ann. redit. d. quæſt.* 11. *n.* 26. Et meritò: nam uterque læditur æqualiter quoad quantitatem, non vero quoad quotam, & ratam portionem. Læſio autem metienda eſt non menſura certæ quantitatis, ſed quotæ, & ratæ portionis ex ipſa legis diſpoſitione quæ læſionem non conſtituit in certa quantitate, ſed in rata & quota, videlicet in dimidio: ut ſupra uberius eſt demonſtratum. Præterquamquod ſex comparata cum ſexdecim ſunt multó minus quam ſex comparata cum decem. Certiſſimo argumento eſt, quod ſi quis vendat decem, quod valet ſexdecim non poteſt reſcindere, & tamen qui vendit quatuor quod valet decem reſcindere poteſt, licet lædatur etiam ipſe in ſex. Hoc ipſum & adverſarii fateri coguntur: nam ſi emptor, qui dat ſexdecim & recipit decem, patitur eamdem jacturam, eamdemque læſionē quam venditor qui dat decem & recipit quatuor, quia uterque ſex amittit: etiam venditor qui dat ſexdecim, & recipit decem, patietur cam-

eamdem læſionem, ergo etiam ipſe admittetur ad reſcindendum, quod eſt falſum. Sex igitur comparata ad decem ſunt plus, quam comparata ad ſexdecim. *Duaren. ad l. ſi quis cum alter in fin. verſ. ſunt qui exiſtimant Cyriac. contr.* 423. *n.* 20. *Roderic. de ann. redit. d. quæſt.* 11. *n.* 28. *Molin. d. quæſt.* 14. *n.* 179. *&* 181. *Fontan. l. deciſ.* 68. *n.* 19.

Gravitas enim damni in quacumque ſpecie æſtimatur relatione rei datæ, hoc eſt facta comparatione ejus quod cumque ab eſt, cum eo quod ab ea profectum eſt. *Rota deciſ.* 580. *n.* 5. *part.* 5. *Pinell. in l.* 2. *part.* 1. *cap.* 2. *n.* 9. *Duaren. ubi ſupra in fin. verſic. ſi cui autem, Cynus in d. l.* 2. *n.* 7. *Rofred. ordin. judiciar. part.* 4. *rubr. de action civili quanto minor. n.* 10. Sex ſunt paulo plus quam tertia pars ſexdecim: ſunt autem plus quam dimidium decem. Qui dat ſexdecim & recuperat decem, amittit ſex, & ſalva habet decem: igitur multo plus eſt quod ſalvum habet, quam quod ei abeſt. Contra qui dat decem, & recuperat quatuor, amittit ſex, & ſalva habet tantummodo quatuor: igitur multo minus eſt quod ſalvum habet, quam quod ei abeſt. Non eſt igitur æqualis diſtributio damni inter emptorem & venditorem; quemadmodum non eſſet inter duos ſocios, quorum alter ſexdecim alter decem contuliſſet in ſocietatem, ſi utrique æqualis quantitas damni tribueretur, veluti ſi uterque ſex amitteret, & uni ſalva ſupereſſent decem, alteri tantummodo quatuor. Sed hac de re videnda quæ ſupra uberius ſunt demonſtrata *in* §. *Atque hoc licet & c. cum mult. ſeqq* ex quibus apparet fallacia hujus argumenti.

Non minus fallax eſt quorumdam obſervatio, qui opponunt, quod in hac ſententia non æquatur emptor venditori, quia emptor læditur ultra duplum, venditor ſolum ultra dimidium.

Etenim in emptore referunt datum ad acceptum: contra in venditore acceptum ad datum. Cæterum ſi comparemus in utroque datum cum accepto utterque dat pluſquam duplum ejus, quod accipit. Emptor enim dat 21. quæ ſunt plusquam duplum 10. quæ recipit; venditor dat decem, quæ ſunt plusquam duplum quatuor quæ recipit ab emptore. *Perez in comment. Cod. ad dictum l.* 2. *n.* 8. *Zoeſ. in comment. C. ad eand l.* 2. *q* 2 *Mynſinger. lib.* 4. *obſervat. d. obſ* 73. *n.* 3. *Pinell. in d. l.* 2. *part.* 1. *cap.* 2. *n.* 7 *&* 8. *Connan. in comment. jur. civil. lib.* 7. *cap.* 9. *n.* 10. *Cujac. obſervat. lib.* 16. *cap.* 18. *circa med. Cyriac. controv.* 423. *n.* 15. *& ſeqq Roderic. d. q.* 11. *n.* 21. *Molin. d. d. q.* 14. *n.* 176. *verſic. debet ergo, & n.* 177. *Rot. deciſ.* 532. *n.* 4. *part.* 5. *recent. & deciſ.* 580. *n.* 3.

Vere tamen uterque læditur ſolum ultra dimidium læſio enim conſiſtit in defectu, quo acceptum minus eſt dato, ſeu in eo quod quis amittit reſpectu ejus, quod dedit. Cum igitur emptor dederit 21. & receperit decem, amiſit 11. quæ ſunt pluſquam dimidiū

midiū

midium ejus quod dedit: adeoque læſus eſt ultra dimidium. Similiter venditor cum dederit decem, & receperit quatuor, amiſit ſex, quæ ſunt pluſquam dimidium decem, quæ dedit; adeoque etiam ipſe læſus eſt ultra dimidium, optime *Molinæ d. q. 14. n. 181. & ante eum Cyn. in d. l. 2. n. 7. Roſred. Ordin. Judiciar. part. 4. rubric. de actione civil. quanto minoris n. 10. Andr. Gerard. exercit. 7. q. 29. in fin. Anton. Faber. de error. decad. 8. error. 7. n. 7. Franc. Hoton. in Juriſconſ. ubi ſupra tom. 1. part. 2. pag. 110. Roderic. dicta q. 11. n. 23. Facbinæ. controv. lib. 2. cap. 16. verſic. probatur. Chriſtin. d. deciſ. 66. n. 8. vol. 3. Rot. Rom. deciſ. 532. n. 5.*

Non advertantes quod tam in *l. ſi voluntate 8. C. de reſcind. vend.* conſtanter definitū ſit eum poſſe reſcindere, qui læſus fuerit ultra dimidium veri ac juſti pretii. Emptor autem qui emit ſexdecim quod valet decem læditur in ſex, quæ ſunt plus quam dimidiū decem, nempe juſti pretii.

Nam hoc eſt verba legum captare: Imperatores enim dabant reſponſum congruens interrogationi, & facto propoſito *l. ut reſponſum C. tranſact.* Itaque cum proponeretur læſus venditor, qui minus juſto vendiderat; de ſolo venditore reſponderunt, illiſque terminis uſi ſunt, qui venditori conveniebant. Cum autem venditor non lædatur ultra dimidium niſi cum accipit minus dimidio juſti pretii, ſeu rei quam vendidit; tunc enim accipit minus quam dimidium ejus quod dedit; definiverunt venditorem læſum tunc poſſe reſcindere venditionem, cum recipit minus dimidio juſti & veri pretii, quod juſte recipere deberet in compenſatione rei quod alienat, ac vendit ut pretium æquivalens recipiat. *Donell. in comment. C. ad d. l. 2. n. 17. in fin.* Hi autem termini non conveniunt emptori, nec eadem eſt relatio juſti pretii ad emptorem ſicut ad venditorem. Itaque veteres cum gloſſa in hoc errant, quod mutatis perſonis non mutant relationes perinde ac ſi idem eſſet emptor ac venditor *Pinell. ubi ſupra n. 8. Roderic. d. quæſt. 21. n. 20. & 21. Molinæ d. quæſt. 14. n. 175. in fin. & n. 179. Facbinæ & Cyriac. ub. ſupra.* Animadvertendum enim eſt quod aliud eſt emptor aliud venditor *l. 1. §. 1. in fin. ff. de contrah. empt. l. 1. in princ. ff. de rer. permut.* & quod id quod eſt pretium reſpectu venditionis, eſt res empta reſpectu emptoris: & rurſus, quod eſt res vendita reſpectu venditoris id eſt pretiū reſpectu emptoris. Nam emptor dat & alienat ſe pretium, ut acquirat rem æquivalentem pretio, quod amittit. Contra venditor tradit & alienat rem, ut acquirat pretium æquivalens rei traditæ. *Roderic. d. q. 11. n. 20. & 23. Molinæ d. q. 14. n. 175. verſ. capio tanſant* egregie *Frankius lib. 3. reſol. 3. n. 14. cumque referens Ziegler. de læſione ultra dimid. §. 12.* Quemadmodum igitur venditor qui rem tradit ut recipiat pretium æquivalens, nempe pretium juſtum, reſ-

reſcindere poteſt venditionem, ſi recipiat minus quam dimidiũ juſti pretii quod juſtè recipere debuiſſet: ita emptor qui dat pretium ut recipiat rem æquivalentem, reſcindere poterit venditionem, ſi res quam recipit non ſit æquivalẽs pretio quod ſoluit ſed ſit minus quam dimidium. Res vendita, ſeu juſtum ac verum ejus pretium in venditore, reſpondet pretio convento in emptore: ergo debet hic recipere minus quam dimidium pretii conventi, ſicut venditor minus quam dimidium juſti pretii. Neque enim *juſtum* rei pretium attendi debet niſi quatenus confert ad dignoſcendum an quis plus duplo dederit, quàm accepit quàm dederit. *Donell. in d. l. 3. n. 17. verſic. meritò, Arumæ, in d. l. 2. diſput. 2. themat.* 8. *Molinæ. dicta q.* 14. *n.* 175. *& ſeqq. Roderic. dicta q.* 11. *n.* 21. *&* 26. *Rot. dicta deciſ.* 580. *n.* 6. *part.* 5 *rec.* Quoniam non rei valor eſt menſura læſionis, ſed detrimentum, ac damnum, quod quiſque patitur rei ſuæ cum minus recipit, quàm dedit, & quàm juſte recipere debuiſſet: ut dilucide probatum eſt ſupra in §. *Ipſum perſpicue*. Idcirco autem neceſſarium eſt inveſtigare juſtum rei pretium, ut poſſit fieri comparatio inter datum, & acceptum neque enim aliter poteſt iniri proportio dupli ad dimidium, niſi redigendo rem ad pecuniam numeratam, in qua conſiſtere debet pretium conventum: nam proportio cadere poteſt ſolum inter pecuniam numeratam, & pecuniam numeratam: non verò inter pecuniam numeratam, & rem venditam, cum proportio non cadat inter res diverſi generis, hoc eſt inter quantitatem diſcretam, & continuam. Minus obſtat, quod venditio ſit judicanda ſolũ quo ad pretium, cum in ea non res cum re p r- mutetur, ut in permutatione, ſed res pretio æſtimetur, adeoque non quod datur, & recipitur, ſed pretium tantummodo conſiderandum eſt. Cum igitur læſio in emptore, ac venditore conſiſtat in ſex quæ ſunt pluſquã dimidium juſti pretii, quod eſt decem uterque æqualiter læditur, & uterque læditur ultra dimidium.

Huic enim argumento quo *& Gut. lib. 2. pract. q.* 133. *n.* 2. *& Covarrv. var. reſol. lib.* 2. *cap.* 3. *n.* 8. *in fin.* adducitur ad præferendam gloſſæ ſententiam, licet alteram quoque ſibi non diſplicere fateatur, ſatis reſpondent *Pinell. d. c.* 2. *n.* 7. *in fin. Cyriac. contr.* 423. *n.* 15. *& ſeq.* ubi meritò ait hanc rationem eſſe verbalem. Nemo enim non videt quo ad augendum, aut minuendum damnum, ac læſionem emptoris, aut venditoris nihil intereſſe utrum res cum pecunia permutetur, an pecunia es æſtimetur. Si quis ſexdecim emerit tabulam, quæ decem valet; & poſtea conſentienti creditori pro ſexdecim ſolvat equũ valentem ſexdecim; utiq; non minus læditur ſolvendo equum, quàm ſi ſolviſſet ſexdecim. Eadem igitur eſt omnino læſio, atque adeo eadem cauſa reſcindendi con-

di contractus, ſive res pecunia æſtimetur, & pretium pro re ſolvatur ſive res cum re permutetur.

Atque ut clarius appareat ejus argumenti futilitas demonſtrare oportet quam inepta, & abſurda ex eo conſequantur. Primum ſi dentur ſexdecim pro tabula valente decem, reſcindi poteſt contractus: ſi verò detur equus valens ſexdecim, reſcindi non poteſt. Et tamen utroque caſu eadem eſt læſio: uterque enim dat ſexdecim, ille in pecunia, hic in equo, & uterque recipit eamdem tabulam.

Secundo, ſi initio convenerit de dandis ſexdecim pro tabula valente decem; & poſtea convenerit de dando equo qui ſexdecim valeat: hoc caſu poterit, & ſimul non poterit reſcindi contractus. Poterit reſcindi, quia emptio & venditio quæ ab initio contracta fuit, irrita non fit eo quod poſtea ſolvatur equus pro pecunia nec convertitur in permutationem *l. pretii cauſa 9. C. de reſc. vend. l. 2. ff. de contr. empt. Pinell. in rubr. C. de reſcind. vend. part. 2. cap. 1. n. 16. verſic. non obſtat & cap. 3. n. 1. Fontan. de pact. nuptial. clauſ. 4. gloſ. 18. part. 2. n. 12. & 13. Pichard. in §. pretium n. 17. inſtit. tit. de empt. & vend. & ibi Harprecht. in §. item pretium num. 5. & 6. Hillig. in Donell. enucl. lib. 13. cap. 12. lit. K. Mozz. de contr. in ſubſtantial. empt. num. 13. Pereira. de empt. & vend. cap. 18. num. 23. Roderic. de ann. redit. lib. 1. q. 13. n. 3. Mozz. de contract. tit. de ſubſt. ſtant. emption. n. 13. & 14. Merta in Empor. jur. part. 1. prælud. tit 9. n. 25. Mantic. de tacit. & ambig. lib. 4. tit. 19. n. 7.* In emptione autem & venditione ſi ematur ſexdecim quod decem valet, poteſt reſcindi contractus. Rurſus reſcindi non poterit, quia cum verè, & de facto res cum re permutetur, hoc eſt equus cum tabula, & emptor non ſolvat pecuniam, ſed equum: læſio quæ propriè non conſiſtit in conventione, ſed in reali ſolutione, æſtimanda erit juxta regulas permutationis; quæ tunc ſolum reſcinditur cum res ſoluta plus quam duplo excedit rem acceptam, ut ſupra probatum eſt ex ſententia communi DD.

Quod ſi dicamus reſcindi poſſe contractum quia retinet naturam emptionis & venditionis, occurrit alia difficultas planè inſuperabilis. Nam ſi ab initio conveniſſet de dando equo pro tabula, deneganda eſſet reſciſſio; quia de hoc poſtea convenit, reſciſſio eſt concedenda. Quid autem abſurdius dici poteſt, quàm eâdem omnino læſione inter eaſdem omnino perſonas eveniente, eâdem re data, & accepta modò concedi reſciſſionem, modò denegari? Eſt ne hoc æquitatem ſervare? Eſt ne hoc leges interpretari, an pervertere?

Tertio ſi detur equus æſtimatus valens ſexdecim pro tabula valente decem, poterit reſcindi contractus, quia eſt emptio, & venditio, juxta communem DD. opinionem de qua teſtatur *Mantic. de tacit. & ambig. lib. 4. tit. 19. n. 9.*

19. *n.* 9. Si vero detur idem omnino equus inæſtimatus pro eadem tabula non poterit reſcindi, quia eſt vera permutatio. Ergo data eadem omnino læſione in iiſdem rebus, iiſdemque perſonis, modo reſcinditur, modo ſuſtinetur contractus quod eſt ineptiſſimum, ac ſtultiſſimũ non modo dicere, ſed etiam cogitare.

Illud etiam falſiſſimum eſt, quod ex ſuperioribus deducit Covarruvias; nempe in æſtimanda læſione ſolum pretium eſſe attendendum, non verò datum, & acceptum. Nam in emptione, & venditione pretium neceſſario importat relationem ad rem venditam, neque enim in hoc contractu intervenit pecunia per ſe conſiderata, ut in mutuo, in legatis, & aliis hujus generis, ſed relative, & correſpective ad rem emptam ac venditam in cujus compenſationem datur, aut accipitur: non poteſt enim eſſe pretium, niſi referatur ad aliquã rem, cujus pretium ſit. In pretio igitur neceſſario includitur conſideratio rei venditæ: cum pretium nihil aliud ſit, quàm pecunia numerata qua merx æſtimatur, ut cum ea compenſetur *Pinell. ad dictam l. 2. dicto cap. 2. n. 7. in fin. Cyriac. d. contr. 423. n. 19.* Idipſum verò maximè contingit in æſtimanda læſione. Etenim cum læſio nihil aliud ſit, quàm in emptore exceſſus pretii quod dat ſupra rem emptam quàm accipit: in venditore autẽ defectus pretii quod accipit infra rem venditam, quã tradit emptori: conſequens eſt ut non poſſit conſiderari aut æſtimari læſio niſi conſiderato exceſſu, vel defectu inter datum, & acceptum, *Andre. Gerard. exercitat. 7. quæſt. 29. in fin. Zoes in comment. Cod. ad l. 2. q. 2. in fin de reſcind. vend. Molinæ de uſur. d. q. 14. n. 176. verſic. læditur enim Roderic. de ann. red. d. q. 11. n. 22. & 23.* & ſupra demonſtratum eſt luculentius in §. Idipſum perſpicue. Evidens igitur eſt quod ſi duo dederint duplum ejus, quod acceperunt, vel (quod idem eſt) acceperint dimidium ejus quod dederunt, æqualiter læſi ſunt. Quo circa emptor, qui emit viginti quod valet decem æqualiter læditur ac venditor qui vendit quinque, quod valet decem: uterque enim duplum dat ejus, quod accipit: ſeu accipit dimidium ejus quod dat; ut recte animadvertit *Ciriac. d. cap. 18. in fin.* Quod ſi craſſiore Minerva agere velimus, & cum Covarruvia principaliter conſiderare pretium tam in emptore, quam in venditore, res in idem recidit. Tunc enim quoad emptorem læſio conſiſtit in exceſſu, quoad venditorem in defectu pretii, ut diximus. Et quia idẽ eſt duplum in exceſſu, ac dimidium in defectu, nam decem eſt duplum quinque, & contra quinque eſt dimidium decem: idcirco eadem eſt læſio emptoris qui duplum pretium ſolvit, ac venditoris qui dimidium pretii accipit: quia emptor dat duplo majus, venditor recipit duplo minus. Hoc autem nihil aliud ſignificat, quam quod uterque dat duplo majus, uterque recipit du-

plo minus: ſeu (quod idem eſt) uterque dat duplum, uterque recipit dimidium ejus quod dat: atque par eſt utriuſque conditio. *Connan. lib. 7. commentar. cap. 9. n. 10. Donell. in Cod. ad d. l. 2. n. 17. verſ. merito. Armen. lib. d. l. 2. diſput. 2. theor. 8. Molina de juſt. d. q. 354. n. 176. & ſeqq. Roderic. ubi ſupra n. 21. & 26. Rot. deciſ. 580. n. 6. part. 5. recent.* & alii ſupra allegati ubi id uberius explicavimus.

His conſequens eſt falſum pariter eſſe quod emptor, qui emit ſexdecim quod valet decem, lædatur ultra dimidium, ſicut venditor, qui idipſum vendit quatuor. Venditor enim utique læditur ultra dimidium, ſed emptor ſolummodo ultra tertiam partem ut digitis demonſtravimus in §. Primum obſervando &c. Nam venditor amittit ſex quæ ſunt pluſquam dimidium decem, & ſalva habet quatuor, hoc eſt minus quam dimidium. Emptor autem amittit ſex, quæ ſunt paulo pluſquam tertia pars ſexdecim, & ſalva habet decem, hoc eſt fere duas tertias. Cum igitur unuſquiſque lædatur in eo, quod amittit, non in eo quod ſalvum retinet, emptor læditur ultra tertiam; venditor ultra dimidiam partem. Ea decepit Covarruviam; & veteres inconſiderantia, quod non animadverterunt ſe in emptore læſionem conſtituere in dimidio accepti, in venditore vero in dimidio dati. Cum autem ſemper datum ſit majus accepto, quoties adeſt læſio, eo ſit, ut ſemper major ſit læſio venditoris, qui læditur ultra dimidium dati, quam emptoris, qui læditur ultra dimidium accepti. Ut recte læſio æſtimetur, & ſervetur æqualitas inter emptorem, & venditorem, ſimiliter in utroque facienda eſt comparatio, vel ad id, quod ab utroque datum eſt vel ad id, quod ab utroque eſt acceptum. Si fit comparatio ad id, quod ab utroque datum eſt, emptor læditur ſolum ultra tertiam partem; venditor ultra dimidium, ut probavimus. Si vero fiat ad id, quod ab utroque acceptum eſt, emptor læditur ultra dimidium: venditor ultra tantumdem. Etenim emptor læditur in ſex, quæ ſunt pluſquam dimidium decem quæ accepit: venditor ſimiliter in ſex, quæ ſunt pluſquam tantumdem ejus quod accepit, hoc eſt pluſquam quatuor: & in emptore læſio eſt multo minor accepto, in venditore multo major. Igitur quocumque modo læſio æſtimetur, multo magis læditur venditor, quam emptor.

Eodem æquivoco laborat argumentum excogitatum ab *Hoſtienſ. in ſ. cum cauſa 6. ſub n. 2. verſ. & ut inconvincibiliter*, quo maxime gloriatur, atque ipſum inconvincibile vocat. Rectius tamen illum dicit ſatis frivolum *Cyriac. d. contr. 431. n. 22.* & ridiculum appellat *Molina d. q. 354. n. 181. & Roderic. de ann. redd. d. q. 11. n. 26. et ſeq.* ubi copioſe ac luculenter id confutant. Eſt autem argumentum hujuſmodi. Si emptori non ſuccurritur niſi cum læſus fuit in tantumdem & amplius,

plius, venditori numquam poteſt ſubveniri, quia ut venditor lædatur in tantumdem & amplius, neceſſe eſt ut rem ſuam vendat minoris, quã nihili, quod eſt impoſſibile, adeoque numquã gaudebit beneficio legis. Atque ut id clarius explicemus, eodem utemur exemplo. Si non ſubvenitur emptori, niſi cum emerit pluris quam viginti, quod decem valet; hoc eſt cum læſus fuerit pluſquam in decem: venditori numquam poterit ſuccurri quia vendens rem, quæ valet decem, non poteſt lædi plus quam in decem niſi totam rem donet, & aliquid amplius.

Æquivocum eſt evidentiſſimum. Aut illud *tantumdem* refertur ad juſtum pretium tam in emptore quam in venditore: & tunc veriſſimum eſt venditorem numquam lædi poſſe, quia ſi lædatur in tantumdem juſti pretii, nullum pretium accipiet ab emptore, nec rem vendet, ſed donabit. Sed abſurdiſſimum eſt in utroque læſionem referre ad juſtum pretium, quia, ut ſupra demonſtravimus læſio non poteſt habere eamdem proportionem ad juſtum pretium tam in emptore, quam in venditore.

Aut *tantumdem* refertur ad id quod emptor, aut venditor, accepit in compenſationem ejus quod dedit, quemadmodum refertur a DD. qui tuentur hanc ſententiam: & tunc futile eſt, ac vanũ argumentum. Nam ſi venditor tantumdem amiſit, quantum accepit, certiſſimum eſt eum nihili non vendidiſſe. Verbum ipſum *tantumdem* ſupponit neceſſario eum altero tanto vendidiſſe, quantum eſt id, in quo læſus eſt. Si nihili vendidiſſet non læderetur in tantumdem, ſed in totũ. *Cyriac. d. contr.* 423. *n.* 22. *Molinæ. dicta quæſt.* 14. *n.* 181. Nec ad aliud referri poteſt *tantumdem*, quã ad acceptum quoties de læſione agitur. Etenim cum læſio conſiſtat in eo defectu, quo acceptum minus eſt dato, ut ſupra probavimus; hic defectus, ſeu læſio neceſſariam habet relationem ad acceptum: adeò ut in tantumdem lædi dicatur, qui tantumdem amittit, quantum accipit. Id enim, in quo læditur, debet eſſe æquale ei, in quo non læditur; unuſquiſque autem læditur in eo, quod amittit, non læditur autem in eo, quod acquirit, ac recipit.

Quo poſito jam retorquetur argumentum. Ad ſervandam æqualitatem inter emptorem, & venditorem neceſſe eſt, ut, ſi unus in tantumdẽ læditur, alter quoque ſimiliter in tantumdem lædatur, ut admittit ipſe Hoſtienſis. Sed admiſſa recentiorum computatione uterque læditur in tantumdem: nam emptor qui dat viginti pro re valente decem tantumdem amittit, quantum acquirit, cum decem amittat, & decem acquirat; ſimiliter venditor qui pro re valente decem recipit quinque tantumdem, amittit quantũ acquirit, quia quinque amittit, & quinque pariter recipit. Ergo admiſſa recentiorum computa-

tione